Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1171
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



60

vt maiq euitet / quanto magis ei quis inter vnum et indubitatum bonum et inter
fictum et simulatum quantum eligendum est bonum et malum vespuendum. Hic
autem anima melior est corpore / tamen nullus dubitat animae bona corporis co-
modis eligibiliora esse / et ipsis pro quibus preferenda / Cogitet etiam beatus. qui
est gloriosissimus apostolorum paulus / vas electionis et ipatus in evangelium po-
pulum carnis aculeos. et in continua vicium et pressit corpus suum. et ser-
uitutis subiecit / ne alios predicans ipse reprobus efficeretur / et tamen
vidit aliam legem in membris suis / repugnantem legi mentis sue. et captiui-
antem se in legem peccati / si post nuditates / iniurias / fames / carcerem /
flagella / supplicia / in se metipsum conuersus exclamat / Infelix ego homo
quis me liberabit de corpore mortis huius / quoniam necessaria nobis est stricta
disciplina. quoniam diu hoc fragili corpusculo detinemur / quoniam habemus thesau-
rum istum in vasis fictilibus. et tam acriter adversus spiritum pugnat
caro mea / de peccato nata. in peccato nutrita / minimis ex origine cor-
rupta / et multo amplius mala consuetudine viciata. et si aliquis homi-
nem graue appeat / claustral observancie onus. quod sustinet / cum dicit
apostolus paulus sedaz epistolas ad Corinthios legat / in laboribus plurimis in carceribus
&c / et cogitet vbi ipse salutem minimam portet. de Kathologo hanc
virtutem sibi vendicare possit / quem quasi ille postea qui dicent audiat
Cursum consumaui. fidem seruaui / superest mihi corona iusticie. quam mi-
hi reddet dominus in illa die iusticie iudex / Consideret quoque homo. quantas
abstinencias. ceteraque corporis afflictiones longas et magnas / sepe sus-
tinent et sustinuerunt homines inuiti / ut pote in carceribus positi. quantas
patiuntur sepe pro corporum sanitate / et cogitet si tanta sustinent homines
inuiti quanta possent voluntarii / si vires suas haberent / et de suo posse
operari vellent in bono. Ignosce domine ignosce. dissimi-
lam tergiuersamur. et in hys quae ad te pertinet / nos et quae velit operari
quae possit / Dicunt filii zebedei possumus istum bibere calicem passionis / et
nos possumus leue abstinencia sustinere. Sicut paulus ad philip. 4. Omnia
possum in eo qui me confortat / et nos quibus multum deest diuinum auxilium.
diffidimus nos pauca posse. Quid dubio possumus multa / si nolimus.